

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Thelogi, Tractatvs  
Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniae, 1615**

29. De mortificando abusu detegendi arcana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48767](#)

Matth. 10.

non p̄fsumant, quia non est discipulus suus  
magistrum, nec seruus super Dominum  
suum.

## CAP V T XXIX.

*De mortificando abusu detegendi  
arcana.*

**A**lius linguæ abusus est, pati-  
cere arcana, vel quæ in secreto  
audita sunt, vel certè silentium  
postulant, non quidem quando cù zelo  
charitatis patefacta sunt ei, qui malo  
mederi potest, aut zelo iustitiae ei, cu  
ratione iurisdictionis incumbit illa co-  
gnoscere, sed alijs, quibus neutra con-  
ditio inest; idq; facere, non alia de cau-  
sa, quam quia ita collibuit, aut vt gra-  
tia aliqua apud audientes ineatur, hic  
enim abusus corrigendus est, & studio  
mortificationis tollendus.

Et sunt quidam in hoc generetam  
leues, vt quoties in secreti alicuius no-  
titiam venere, continere se nequeant,  
quin confessim illud prodant suis ami-  
cis, imò cupidi sunt talium rerum ex-  
piscadarum, tantū vt alijs postea com-  
memorent. Ac deniq; faciunt cum ma-  
gno auditorum offendiculo, dum spe-  
numerò fit, vt p̄sentes adsint, de quib;  
sermo

DE MORTIF. VOLVNT. 505

sermo instituitur. Hi sunt, inquit Scriptura sacra, similes mulieri parturienti, *Eccl. 19.* quæ ubi hora partus aduenierit, non potest non parere: & infantibus, qui simul atque nati sunt non possunt se contine-re à lachrymis, ac denique cani sagitta confixo, qui quiete nequirit, nisi sagitta extracta. Sic illi non ante quietem capere possunt, quam arcana suum in alienum sinum effuderint. Et sèpè cupiditate multa effutiendi eò feruntur, ut non solum visa & audita narrent, sed etiam quæ de alijs suspicantur & imaginentur, licet reuera ignorent facta esse. Atque hi sanè silentij antidoto prorsus indigent, ad superandam nimiam loquacitatem, & opus habent audire illud Spiritus sancti dictum. *Audisti verbum aduersus proximum tuum,* *commariatur in te,* *fidens quoniam non te dirumpet.* Loquitur autem de verbo arcano ex cuius diuulgatione nullus sequitur fructus: nam si patet fiat ei, de quo dictum est, non sequitur nisi contristatio, si autem alteri, sequitur infamatio. Vnde beatus Basilius annotavit, naturam, hoc est, Deum naturæ auctorem binas aures quidem, sed linguam tantum ynam dedisse, ut intellicheremus non omnia quæ audiuntur.

*Eccl. 19.*

*De Ver. Virg.*

Y 7 tur,

Acc. 27.

tur, esse enuntianda, sed quædam sunt arcana, tegenda silentio: *Quidem dat, inquit Scriptura, arcana amici sua perdit, id est, fidelitatem, quam dedit Deo & hominibus.*

## CAPUT XXX.

*De alijs linguae abusibus, ut mendaciorum fictionum corrigendis & mortificandis.*

**M**ulti eorum, qui Deo senti cœperunt, operam quidam collocant in cauendis mendacijs proximo pernicioſis, sed non in cauendis iocosis, minus autem in ijs, quæ profundunt alicui, vel damnum tollunt, imò non desunt, qui arbitrentur se non peccare, si utiliter mentiantur. Hæc praua affectio singulari cura mortificanda est, nullum praestando locum mendacio, siue iocoſo, siue fructuoso. Certissimum enim est quodcumque mendacium veri nominis esse peccatum, quo Deus offendatur: ac proinde neque ad liberandum aliquem à morte iniusta, neque ad saluandum licuius animam mendacium ullum dici potest, imò etiamsi totius mundi lus pericitaretur, illa per mendacium aliudve illicitum medium procurari.

ROM